

Ferrant. Gargiar. consil. 125. num. 29. vol. 1. inter consil. crim. diuersi. Menoch. de præsump. lib. 5. quæst. 20. num. 27. Mascard. de probat. concl. 740. num. 26. & Bertazol. consil. 21. num. 27. & instrumenta preterita non annullantur, licet aliquantuliter suspecta reddantur, vt per Doct. in cap. fraternitas, de hæret. Alex. consil. 133. num. 9. volum. 7. Franc. Mar. consil. 521. numer. 35. vbi attestatur hanc esse veram, communem opinionem Baiard.

1 Pro veritate habetur. Adde, & vide, per Mandel. de Alba. consil. 99. & per Hipp. Riminal. consil. 58. Giach.

m Pena falsi. Adde quæ sit pena falsi ex omni iure, & populorum sanctionibus diligenter explanatum. Item falsitas quæ nemini noceat, qualiter puniatur. Vide per Iacob. Menoc. de arb. iud. cent. 4. cas. 306. Et quæ sit pena falsi, quando ex officio proceditur, per eundem cas. 313. Item qua pœna puniatur falsus testis, vide per Campe. tract. de testib. reg. 412. Aduerte, quod ex quo falsitas est de criminibus, quæ occulte committuntur, quod ideo ad probandam falsitatem admittuntur testes alii inhabiles. l. consensu. C. pe. repu. & habetur pro Crauet. plenè eius consil. 66. num. 12. Et in ea iudex promptior, & facilius debet ad torturam, per Alexand. in consil. 77. numer. 5. libr. 1. Et in illa acerrima indagatio fieri debet, vt tradit Bald. eius consil. 320. quidam notarius, libro secundo, & Crauet. consil. 6. col. 5. sub vers. secundum. Item in illa potest iudex esse animosus ad quæstionem, vt per Boss. titu. de iud. & consil. ante tor. num. 200. Giach.

Pœna falsi. Farinac. quæst. 67. 3. volum. 8. numero primo, & 2. Ros.

259 Sed quæro, quæ sit pœna falsi. Adde videndum Menoc. de arbit. iud. casu 306. vbi plene de hac materia tractauit, & committens falsum in iudicio, sine nouo processu puniri potest, vt per Anchar. consilio 173. column. fin. & Alexand. consil. 35. numer. 1. volum. 2. Et de ista quæstione plenè habetur per Boss. in titu. quomodo per except. procedatur, & Iudex etiam causarum ciuiliu potest ex officio punire testem, qui falsum deposuit in iudicio coram eo agitato, quia de omni delicto, quod fit in actu iudiciario, vel à parte, vel à notario, vel teste, vel aduocato Iudex ex officio potest punire deliquentem, latè Roland. consil. 12. in princip. volum. secundo, Crauet. consil. 53. in fine, & Ioann. Ant. de Nigr. in illustri Viceregi. numer. 14. cum seq. & an finita causa

261 principali vide supra numer. 75. & si de falsitate constat iudici, poterit condemnare testem sine citatione, secundum Bald. in l. presbyter numer. 2. Codice de episc. & cler.

262 & si est graue crimen falsi, puniatur pœna mortis, Marfil. in rubr. numer. 2. ff. de fals. Boer. decis. 82. numero 40. & fieri faciens etiam si statuto falsitas puniatur, vt per Rotam 263. Pedemont. decis. 67. Et quæ pœna testes falsi puniantur in Regni Neap. vide, quæ posui supra ad versicul. testis, qui falsum.

264 Item adde, quod falsificatio plurium postarum, seu plurium capitum libri, vel instrumenti, seu alterius scripturæ eodem tempore dicitur vna falsitas, & si diuersis temporibus & ex interuallo, dicitur pluribus vicibus falsificasse, & plures commisse falsitates, tamen si plures falsitates tenderent ad eundem effectum, & finem, puta, si quis diuerso tempore plures testes falsos, seu plura instrumenta falsa, seu simul testes falsos, & falsa instrumenta ad vnum, & eundem finem, & pro eadem causa fabricaret, & produceret eodem, vel diuerso tempore, & etiam ex interuallo diceretur vnica falsitas, & vna tantum pœna esset puniendus, Socin. consilio 62. volum. primo, Plot. in leg. si quando, §. 4. numero quinto, & sexto, C. vnde vi, & Couar. variar. resolut. libro 2. capitul. 10. numer. 8. secus autem, si committantur ad diuersum finem, & ad reportandam victoriam in diuersis cau-

sis, quia tunc multiplicanda est pœna pro numero falsitatum, Couar. vbi supra.

265 Item adde, quod testis dolo cessante nulla pœna puniatur, Corn. consil. 182. numer. 6. vol. 4. Paris. consil. 151. numer. 23. vol. 4. Anchar. quæst. 44. nu. 4. nec quidem pœna extraordinaria stelli onatus, quæ requirit dolum, l. 3. ff. de crim. stellion. Bald. consil. 14. & 15. volum. 1. Soc. iun. consil. 41. numero 8. 266 volum. 2. & si dolo ex qualitate facti, & personarum perpenditur. Aret. in capit. in nobis de test. Alciat. in l. si ex falsis versic. ita demum nu. decimo. C. de transact. Plot. in repet. l. si qui an. do, num. 722. C. vnde vi, & Vulpell. consil. 138. & Iudicis arbitrio remittitur, quando præsuntur testis scienter, vel igno- rante falsum dixisse testimonium; Menoch. de arbit. iud. ca. su 308. sed idem Menoch. casu 309. num. 7. contra Corn. & 267 alios, tenens, dicit, quod arbitrio Iudicis puniri debet, & ad hoc allegat Alciat. in l. 1. §. Sed si mihi in fine, ff. de verb. oblig. ita tenentem.

268 Item adde, vt quis de falso pœna ordinaria puniri possit tria copulatiue requiruntur, mutatio scilicet veritatis, quod dolo veritas mutata fuerit, & quod mutatio nocuerit, vel nocere poterit; Castrensi. consilio 157. volum. primo, Afflicti. decis. 404. numer. octauo, Cephal. consilio 355. numer. 44. volum. 3. & Gabriel. consilio 169. numer. 14. & consil. 180. numer. 6. & non sufficit dolo præsumptus, sed requiritur dolo verus, Riminal. iun. consil. 145. numer. 11. & Gabriel. 269 in d. consilio 169. numer. 16. cum sequens, & vterque dolo, tam verus, quam præsumptus probatur iudicis, & coniecturis; differunt tamen in modo probandi; dolo enim verus probatur coniecturis, & indicijs, manifestis, & concludentibus; præsumptus verò, quando iudicia, & coniectura non sunt ita manifesta, vt omnino dolum concludant; ita post alios tradit, & ponit exempla Riminal. iun. in consil. 43. num. 44. cum sequens, & latius consilio 184. numero primo, & de dolo vero, & præsumpto, vide apud Menoch. de recuper. post. 270 sess. remed. 16. numero 135. & si multos modos probandi & præsumentis dolum, vide etiam per Decian. in consilio 19. numero 17. volum. primo consilio 65. numero quinto, 11. & 12. volum. secundo, & consilio 32. numero tertio, volum. primo.

271 Item adde, quod testis deponens falsum ad defensionem contra Fiscum pœna ordinaria non est puniendus, Gram. vot. quinto, Bertazol. consil. 218. num. 1. uol. primo, Boss. in 272 tit. de fals. numer. 138. & eadem pœna est puniendus ille, qui mandasset, ut falsum testimonium diceretur, Bald. in l. unica, §. ne autem, C. de cad. tollend. & Gram. in consil. & capit. Regni, in consil. Qui falsitatem, sub. numero secundo, fol. 116.

273 Item adde, an testis, qui non debebat examinari, si examinatus falsum dixerit, debeat puniri, Afflicti. in capit. 1. §. sacram. de consuet. rer. feud.

274 Item adde, quod qui falso teste vtitur ad occultandum crimen consanguinei, vel amici, tenetur pœna Senatus consulti Vulsiani tantum, quæ est ademptionis tertie partis bonorum, l. ex Senatus consulti. ff. ad leg. Iul. de vitium Syllanianum, & Grammat. in d. consil. Qui falsitatem, numer. 3. Sed ego arbitror, quod hodie huiusmodi falsitas puniatur pœna arbitraria, vt alie falsitates puniuntur, per ea, quæ tradit Gand. in loco hic citato.

275 Item adde, quod testis deponens falsum de aliquo delicto, in quo sit focus criminis, non debet puniri de falso, nec aliqua pœna, Bertazol. consilio 61. numero 26. volum. 2. Baiard.

n Deportationibus. Et sic non imponitur bonorum confiscatio. Vulpell. consilio primo, numero deccimo quinto. Ros.

276 o Et ideo secundum eum, vbi adsunt statuta. Adde, quod quando statutum irrogat pœnam falsum committenti, vel committi facienti, debet recipi falsum proprie, & strictè, & pro talifalsitate, quæ comprehendatur sub cap. l. Cornelia, de fals. non autem de ea, quæ largissimo modo est immutatio veritatis uel largo modo fit sine dolo, vt declarat Bartol. in l. quid sit falsum, ff. ad l. Corn. de fals. Capol. consil. 22. num. 12. Paris. consil. 151. num. 24. uol. 4. Boss. in tit. de fals. num. 80. Fran. de Porcellis, consil. 65. num. 4. vol. 1. consil. crim. diuersi. & Bertaz. consil. 172. nu. 8. vol. 1.

277 Item adde, si statutum dicat, quod quis puniatur, tamquam falsarius non debet puniri, l. Cornelia, de fals. sed alia pœna arbitrio Iudicis, vt ait Bald. in c. non nulli, §. sunt & alij, sub numer. 3. de rescript. & Felyn. in c. solite col. 2. de maior. & obediens. vide etiam Imol. in consil. 104. vbi in terminis talis statuti loquitur de falsitate 278 testium; Et pro excusatione falsitatis plura habentur per Campe. in tract. de test. reg. 424. & 436.

279 Item adde, quod statutum puniens testem falsum non comprehendit virum bone estimationis, & magnæ probitatis, qui, si falsum deposuisset, videretur potius per errorem, & non dolo sic dixisse, secundum Bald. in leg. quotiens, ff. de hered. institut. Capoll. consilio 25. & Paris. consilio 151. volum. quarto.

280 Item adde, quod statutum puniens testem falsum producentem, & eo vrentem, punit eum, qui induxit testem ad dicendum veritatem per pecunia, Paul. de Castri. in leg. secunda in princip. vbi Iason. num. 5. & 6. ff. ob turpem causam, contrarium autem tenuit Boss. in tit. de apposit. contra testes, num. 150. & 151.

281 Item adde, si extant duo statuta, vnum scilicet, quod falsum committens pœna amputationis manus puniatur, aliud, quod ille, qui instruxit testem ad falsum deponendum, pœna falsi puniatur, an istud statutum intelligatur de pœna manus, secundum aliud statutum, vel de pœna iuris communis, id est secundum legem Corneliam de falsis; Afflicti. super consil. Regni in consil. qui falsitatem, numer. tertio, rubr. 40. libr. 3. fol. 321.

282 Item adde, si ter ius, non principalis, qui litigat, induxit, siue subornauit testem ad veritatem tacendam, an tenetur statuto de pœna productus testem, vel instrumentum, Bertazol. consil. 218. cum sequens vol. 1. & Menoch. cas. 310.

283 Item adde, an statutum puniens testem falsum habeat locum in mandante, Bert. d. consil. 218. vol. 1.

284 Item adde, quod statutum disponens fieri facientes falsa instrumenta damnari pœna amputationis pugni, & confiscationis bonorum, habet locum aduersus eum, qui persuasit alteri, vt falsum deponeret, vt latè per Cacher. in decis. 67. per totam.

285 Item adde, quod statutum puniens notarium de falso non habet locum in alio falsum fabricante. Fulgos. consil. 134. column. 3.

286 Item adde, quod falsitas in re modica dicitur leue delictum, etiam quod dolo interuenierit, & leuiter debet puniri, vt per Crauet. consil. 46. numer. 12. & in fine, & consil. 75. numer. 16. Roland. consil. 38. num. 37. volum. prim. & sequitur Menoch. de arbit. iud. casu 306. numer. 36. vbi dicit, quod 287 arbitrio Iudicis est puniendus, & res modica videtur esse, quando non excedit summam duorum aureorum, in qua summa non datur actio de dolo, secundum Crau. vbi supra, quod

288 tamen non procedit in falsitate commissa in litteris Apostolicis, vel Regijs; nam licet sit modica falsitas, vel mutatio tenetur, vt latè per Mascard. consil. 80. num. 28. iunctis dictis per Ant. de Butt. in cap. ex litteris, in fin. de fide instrum. neque 289 in tali falsitate erit distinguendum, prout in alijs, an sit posita in loco substantiali, vel non, vt per Felyn. in cap. 2. de rescript. Maria. Soc. in cap. fin. de crim. falsi, & Anan. in cap. accedens, eod. tit.

290 Item adde, quod conatus in crimine falsi, non secuto effectu, pœna extraordinaria penitus: Afflicti. super consil. Regni, in consil. qui falsitatem, in princip. rubr. 40. lib. 3. fol. 321.

291 Item adde, quod à crimine falsi excusatur testis, qui per torturam deposuerit falsum, quia motus excusat à dolo, Bald. in l. nouissime, vers. tertio, quod testis, ff. quod falsò tut. auth.

292 Item adde, quod licet testes condemnetur de falso, non præiudicat ei, quod dictos testes produxit, nec conuersio, vt per Natt. consil. 668. num. 5. Baiard.

p Causam amm. viti. Quid si vtraque pars falsitatem commisit adinuicem contrariam, dixi supra, vers. Pone. Item an ille, qui ex productione falsi testis debet vigore statuti perdere totam causam, dicatur etiam amisisse causam ciuilem, vide per Soc. consil. 60. vol. 4. Quid si tutor produxisset, an pupillus perdat causam, quod si; Paul. Castri. in l. Polla. C. de ijs quibus, vt indi. Giach.

q Tu verò dic. Adde Riminal. iun. consil. 345. volum. 3. 263 latè quomodo, & quando propter falsitatem causa amittatur.

294 Item adde, quod contrarium est in Reg. Neap. vbi viget Pragm. incip. testem falsum, sub tit. de falsis, qua cautum est, quod producens testes falsos, vel alias scripturas scienter, vel quis eis usus fuerit, ipso iure causam perdat, nisi infra octo dies post processum publicatum continuo sequentes renunciauerit coram Iudice talium testimonium depositioni specificè, & non ingenerali: a qua pœna Ecclesiar. pupilli, mulieres, & miserabiles personæ sunt immunes, in quam pœnam tantum corum procuratores, curatores, & actores incidunt; & de hoc vide etiam Capic. decis. 67. in princ.

295 Item adde, si extaret statutum, quod producens testes falsos amittat causam, an procurator præiudicaret domino, 296 no, Capic. d. decis. 67. & quando procurator producit falsos testes, an teneatur dominus, Boss. in titu. de falsi. num. 120. & Anan. in consil. 12.

297 Item adde, quod conuersio si ille, qui impugnat instrumentum de falso, succumbat, an perdat illud, quod potuisset petere ex illo instrumento, vide Iacob. de S. Georg. in leg. alia causa, in fine, Codice, de his, quibus, vt indign. vbi tener, quod sic in testamento; & in alijs instrumentis, quod non.

Item adde, si actor produceret instrumentum falsum, puta mutui, & reus aliud instrumentum falsum solutionis; & extaret statutum, quod committens falsum deberet perdere causam, hoc casu actor tantum causam perdere debet, & non reus, quia in pari turpitudine melior est causa possidentis, ita Baldu. in rubr. Codice, de fide instrum. col. 15. versicul. incidenter etiam quæritur. Titius produxit, & Ias. in §. in bonæ fidei, numero 61. Institut. de action. dicit, hoc 298 esse magnum, & mirabile dictum, & in tali materia, quando producens capitulum falsum, & super eo testem examinauerit, & eo examine usus fuerit, an, & quando puniri debeat, esto etiam, quod testis posset aliqua causa excusari.

Et

299 excusari, & q̄ quid de procuratore habente mandatum generale cum libera, falsum capitulum producente, an ob hoc dominus possit puniri de falso, & q̄ quae sit eius poena, & an, & quando amittat causam, vel non, vide per Riminalium, conf. 345. vol. 3.

301 Adde si quis tradiderit notario actuario scripturam expositionis, & requisitionis, in qua contineret, ipsum & nonnullos alios lites consortes, in casu civili comparere & petere declarari secūdam eorum expositionē & petitionem, si apparet, quod vnus ex cōsortibus non interuenisset, nec consensisset: scripturę illius petitionis, an producens tāquam falsarius puniri possit, vide Angul. in conf. 4. lib. 1. vide etiā Meno. cas. 309. n. 2.

302 Item adde, an statutum puniens notarium conficiens falsum instrumentum poena mortis habeat locum in magistro actorem falsificatē acta Bart. in l. fraudem, §. neque instrumenta, ff. de iure iurati, c. Gram. in decis. 27. * Itē adde, quod cancellans acta publica, falsum comittit, siue sit notarius, siue alius, Bal. in conf. 330. vol. 2. Baiard. r Excusatur autem.] Falsitas excusatur, vbi dolus abest; Farinac. d. q. 67. nu. 77. Ros.

Excusatur autem a crimine, & poena falsi ille, qui non est in dolo: nam vera est iuris conclusio, quod falsitas sine dolo committitur non potest. Et est communis opinio, ut ait Soc. iur. conf. 39. num. 83. lib. 2. Faciunt, quae dixi infra hoc eod. lib. §. fi. q. 84. circa princ.

303 minie.] Adde, quod idem tenet Crauet. conf. 48. nu. 1. Rolan. conf. 38. num. 45. vol. 1. Bec. conf. 78. nu. 16. & Bert. conf. 8. nu. 58. cum seq. & quis dicere, quod hoc modo nemo poterit puniri de falso, quia in dubio dolus non praesumitur, & qui libet negaret dolo illud falsum commississe, sed per errorem, & per consequens, eum dolum non esse, ad hoc habetur responsio per Capoll. in consilio vigesimo primo, numero 31. cum multis sequentibus, vbi distinguit; vide etiā Menoch. de arbit. iud. casu 308. & 309. vbi dicit, quod testem praesumendum esse, quod scienter, & non ignoranter falsum testimonium dixerit, & qui falso vitur, in facto proprio praesumitur scienter, & in facto alieno ignoranter, idem Menoch. in casu 316. numero nono, & decimo, & dolus centum, & viginti tribus modis praesumitur, ut per Lucam de Pen. in l. quem 307. admodum, Cod. de agric. & cens. libro decimo, & quod quomodo praesumatur dolus, vide etiā Decian. consil. 19. numero 17. volum. 1. consilio 65. numero 5. 11. & 22. volum. 2. & latissime in consilio 32. numero tertio, cum multis sequentibus volum. 3. Mascard. de probationib. conclus. 530. & 531. Menoch. de praesumpt. lib. 5. praesumpt. 3. numer. 14. cum sequentibus, & quod sicut dolus coniecturis, & praesumptionibus inducitur; ita etiā praesumptionibus, & coniecturis cessare praesumitur, de quibus per Marsil. in rubr. num. 4. de fals. & in l. 1. num. 3. eodem tit. Capoll. consil. 21. num. 24. & Capyc. decis. 67. num. 7.

309 Item adde, quod in materia falsi non sufficit dolus praesumptus: sed requiritur dolus uerus, l. nec exemplum Cod. de fals. Riminalium. consilio 145. numero 21. & latius, ac melius 310 Gabriel. consilio 169. numero 16. cum sequentibus, & quando in hoc crimine procedat condemnatio ex praesumptionibus, Crauet. consilio 134. numero 29. & Gabriel. conf. 180. numero 20. & quomodo probetur dolus uerus, & dolus praesumptus, Riminalium. consil. 43. num. 44. & consil. 184. nu. 1. seq. & dolo uero, & praesumpto, vide etiā Menoch. de recap. post. remed. 15. nu. 135. Itē adde, quod licet non adfit dolus, si tēmerē falsum deposuerit, non omnino debet absolui, saltem ob peccatum, & mendacium factum in iudicio, Cephal. conf. 355. num. 50. Menoch. de arbit. iud. cas. 309. nu. 7. & cas. sequēt. Baiard.

Præterea, excusatur, quando illud, quod dicitur falsum, adiunatur primordio veritatis. Est enim certa iuris conclusio, quod non potest dici falsum illud, quod inuatur primordio veritatis, l. cum filius, §. heres meus, ff. de leg. 2. Et hanc conclusionem dicit esse communiter approbatam Foller. in pract. crim. fol. 183. nu. 35.

43 Item excusatur, si falsitas nemini praedicitur: nam regulariter nemo incidit in poenam falsi, nisi falsitas commissa sit notabilis, quia scilicet alicui praedicitur, aut potuisset praedicare: ita colligitur ex glo. in l. damus, in verbo Priuatus, C. de falsis, quam sequuntur communiter DaCosta. ut dixit Alex. conf. 145. col. 1. versic. confirmo per id, lib. 6. Et illam gl. esse singularem, & communiter approbatam attestatur Barb. conf. 52. num. 4. lib. 3. Hanc etiā dicit esse communem opinio. Soc. consil. 103. num. 1. et 2. lib. 1. quod est duplicatum in conf. 185. lib. 2. quem refert Didac. in rep. d. c. quamuis fol. 56. post nu. 6. versic. poena vero statuitur, et Pract. Conradi, fol. 339. post nu. 33. et Foller. in pract. cri.

44 Item excusatur, si falsitas nemini praedicitur: nam regulariter nemo incidit in poenam falsi, nisi falsitas commissa sit notabilis, quia scilicet alicui praedicitur, aut potuisset praedicare: ita colligitur ex glo. in l. damus, in verbo Priuatus, C. de falsis, quam sequuntur communiter DaCosta. ut dixit Alex. conf. 145. col. 1. versic. confirmo per id, lib. 6. Et illam gl. esse singularem, & communiter approbatam attestatur Barb. conf. 52. num. 4. lib. 3. Hanc etiā dicit esse communem opinio. Soc. consil. 103. num. 1. et 2. lib. 1. quod est duplicatum in conf. 185. lib. 2. quem refert Didac. in rep. d. c. quamuis fol. 56. post nu. 6. versic. poena vero statuitur, et Pract. Conradi, fol. 339. post nu. 33. et Foller. in pract. cri.

x Item excusatur.] Falsitas nemini praedicans an sit punibilis. Farin. q. 67. vol. 3. §. 5. num. 60. & seq. Vbi quid si in priuata scheda, nu. 206. Et quid si extra articulos, num. 207. & alia similia, & q. 71. nu. 1. & seq. Quid si tacet ueritate. Farin. d. q. 67. §. 6. nu. 228. usq. 236. Quid de teste instructo plenē d. q. 67. §. 8. num. 283. & seq. Ros.

Item excusatur.] Adde uidentum Gabr. comm. concl. lib. 7. concl. 5. Menoch. de arbit. iud. casu 306. nu. 14. & Nat. conf. 588. num. 15. Item adde, quod falsificantes litteras Apostolicas, siue regias debent puniri de falso, etiā quod per eorum falsitatem nulli nocumentum datum fuerit Bart. Bald. & Salicet. in l. damus, C. de fals. de quo latē per Alexand. conf. 70. col. 6. & conf. 73. uol. 1. Baiard.

y Potuisset praedicare.] Adde, ut per Iacob. Menochium dicit. cas. 306. num. 22. & 30. Alex. conf. 70. numero 11. & per Nat.

Nat. eius conf. 588. nu. 15 vbi plenē. Sed nunquid testis recipiens pecuniam, ut falsum testificetur, quod tamē non facit, an puniri debeat propter solam pecuniarum dationē, vide per Spec. tit. de teste, §. 1. nu. 49. Item testes probare corruptos an sufficiat, si non ostendatur eos falsum dixisse, vi. per Spec. tit. de sentent. §. 9. n. 7. Giach.

z Hinc inferitur, quod quando scriptura, &c.] Adde uidentum Gabr. comm. u. conclus. libro 7. concl. 5. nu. 9.

17 Item adde, quod licet ex actu nullo non sequatur poena, tamen falsus, quando ille actus nullus fuit de facto mandatus executioni. Baldus in l. obferre. §. pacifici, q. 6. ff. de offic. proconf. & l. post alios in l. 1. §. ff. quod quisque iuris: Marcabr. consil. 94. numero 151.

18 Item adde, quod si scriptura a principio nulla, quae fidem faceret, postea fidem faceret, puta ex aliquo statuto superueniente, non propterea falsum diceretur commissum, Boffius tit. de his, qui sibi ascribunt in testamento, numero sexto.

Item adde, quod regula, Quod pro actu nullo poena non imponitur, non procedit in his, quae sunt de genere prohibitorum, ut per Craue. in consil. 4. sub numero 22. quem sequitur Botta in conf. 59. nu. 50.

19 Item adde, quod si quis in libro suo scribat, aliquem esse suum debitorem, uel si tabellio conficiat instrumentum publicum falsum in sui fauorem, tales possunt puniri de falso, quia quantum in eis fuit, ualidus falsitatem confirmare non poterunt, Salye. in l. 1. C. de sepulch. uol. ut sed Soc. in conf. 104. nu. 2. volum. 1. cōtrarium tenuit asserendo hanc esse communem: uide tamen Gabriel. commun. cōcl. l. b. 7. concl. 5. num. 2. cū sequentibus habetur, quando falsitas commissa in scriptura priuata, puniri possit. Baiard.

siue testis diceret verum, siue falsum, & siue probaretur illud, quod deposuit, siue non, in omnem casum non poterat alicui nocere, etiā si falsitas detecta non fuisset: & hoc casu Bal. in l. fin. num. 20. C. si ex falsis instrumentis, tenuit, quod talis testis inutilis falsum deponens puniatur de falso. Sed contrarium communiter tenetur, ut dicit Socin. in d. conf. 103. num. 1. lib. 1. vbi etiā in fine consilij dicit hanc opin. contra Bald. esse communem quasi omnium opinionem; subdens non esse ab ea in iudicando recedendum: & ita procedit gl. in d. l. damus, cum similibus. Addit Socin. in d. conf. 104. nu. 2. lib. 1. idem esse dicendum, quando aliquis committeret falsitatem in scriptura, quae de se nullam faceret probationem, puta, si quis in libro suo scriberet aliquam esse suam debitorem. Et dicit, quod Saly. in l. 1. nu. 6. C. sepulchro viol. qui tenuit, quod hoc casu debeat puniri de falso, male locutus est, & contra communem opin. Et ita quod talis falsitas puniri non possit, Plot. in repetit. l. si quando, numero 722. Sed certē, iudicio meo, hoc non transit sine difficultate, quia Doctores in hac materia loquentes considerant, non solum quod falsitas possit nocere eo tempore, quo fit, sed etiam, quod in futurum sit apta aliquo casu nocere, prout nocere potest scriptura, vel liber priuatus uiri prohi post eius mortem producta, iuxta ea, quae dixi in l. 7. Propterea ego hoc casu dicerem, quod aut talis falsum committens vnus est etiā illa re falsificata, puta eam producendo in iudicio, vel huiusmodi: & tunc debet puniri de falso iuxta opi. Sal. saltē poena extraordinaria: alias autem posset teneri opi. Socin. tanquam mitior. Secundus est casus, quando scriptura falsificata, vel dictum testis falsi, poterat alicui praedicare, vbi falsitas detecta non fuisset. Et hoc casu actum de se erat validus in substantia & forma, sed in alijs deficiebat: & tunc puniatur falsarius poena falsi perinde ac si fuisset omnino validus: & ita finaliter concludere Doctores attestatur Marsil. consil. 70. num. 2. Aut uero actus peccabat in substantia & forma: & hoc casu, ex quo non poterat nocere, non debet puniri poena falsi ordinaria, sed extra ordinem poena stellationatus. Et ita intelligo doctorem in Bart. in d. l. si quis legatum, & Gand. in loco praalleg. Et in hoc proposito generaliter concludo, quod licet falsitas non nocibilis non sit punienda poena falsi ordinaria, debet tamen puniri poena extraordinaria, secundum qualitatem facti, & personarum arbitrio iudicis. Et haec est communis opin. ut dicit Plot. in rep. d. l. si quando, post num.

a Tenetur.] Vulpel. consil. 1. nu. 13. ut in lib. priuato. Idem consil. 48. puta abradendo, ut ibi, & quid in marginatione idem resp. 128. per tot. Ros.

b Intellige.] Vel testis qui nulliter deposuit, an faciat, ut falsi poena locum habeat, Farinac. d. §. 5. numer. 187. 188. & 216. Ros.

c Praeterea ego hoc casu dicerem, &c.] Adde, quod Monticel. in pract. crim. regl. 15. nu. 31 tenet, quod debet puniri de falso, quae refert Bert. con. 61. nu. 16.

d Aut uero actus.] Farin. dicit. num. 187. & 212. Ros.

e Et in hoc proposito generaliter concludo, &c.] Adde uidentum Meno. de arbitrar. iudic. d. casu 309. nu. 20. cum seq. ubi idē tenet, & refert multos alios idem tenentes. Idem etiā tenuit Mazzol. consil. 99. num. 23. & Ludou. Bologn. consilio 30. Sed uide omnino Vulpel. in consilio 126. cum multis subscriptionibus, ubi tenet, quod requiritur etiā dolus, ad hoc, ut quis poena ex-
taor-